

CK. 155. 3



DISSE<sup>T</sup>AT<sup>O</sup> EX IVRE P<sup>V</sup>B<sup>L</sup>ICO  
DE  
**IVRISDICTIONE**  
IN  
**LEGATOS STATVVM**  
EORVMQVE  
**COMITES SAC<sup>R</sup> ROM<sup>E</sup> IMPERII**  
**ARCHI-MARESCHALLO ET**  
**HINC VICE-MARESCHALLO IN**  
**COMITIIS COMPETENTE**

---

PRAE<sup>S</sup>IDE  
**IO· GODOFR· KRAVSIO**  
IC<sup>TO</sup>

INST<sup>I</sup>T<sup>U</sup> IMPERIAL<sup>E</sup> P<sup>V</sup>P CVRIA<sup>E</sup> PROVINCIALIS  
SCABINATVS ET FACVLTATIS IVRIDICAE VITEM-  
BERGENSIS, IVDICII ITEM PROVINCIALIS  
INFER<sup>E</sup> LVSAT<sup>E</sup> ASSESSORE  
IN ACADEMIAE VITEMBERGENSIS  
AVDITORIO IVRIDICO

P<sup>V</sup>B<sup>L</sup>ICE DEFENSA  
AB AVCTORE

**IO· GOTTHELFF FLEISCHERO**  
DRESDA· MISNICO I. V. CVLT

---

VITEMBERGAE, MDCCXLVI

---

PRELO EPHRAIM GOTTL<sup>O</sup>B EICHSFELDI  
ACADEMIAE A TYPIS



LIBRARY OF THE UNIVERSITY OF DARMSTADT  
LARISDIO LIBRARY  
LEGATOS ETIACUM  
COMITIS S. LOMBARDO TET  
AKSINI MARIAE HABITAT  
HINC MECU MARIAE HABITAT  
GODFRED CORBETTUS

10. EDDOHR. KATH. 10.

10. GOTTFRIED VON HESSEN





On una, ut hanc dissertationem  
conscriberem, me impulit ra-  
tio. Causa enim haec, eaque  
non ita pridem in Comitiis Ra-  
tisbonensisibus, sub lice fuit, ut  
hinc illustris materia defenden-  
dis Vice-Mareschallatus iuribus  
suppediteretur; deinde quoque,  
quum hic de iuribus familiae  
Electoralis Saxonicae agatur, nil laudabilius duxi,  
quam, ut patria iura defendenda in me susciperem.

§. II.

Prius tamen, quam ad ipsum institutum me  
conuertam, unde vox Mareschalli descendat, doce-  
bo.  
A

bo. Alii, ut du Fresne, (a) et Thulemarius, (b) hanc uocem a Germanico march, mar, march, uel mähr, quod equum, et Schalk, quod potentem et magistrum (c) significat, deducunt; alii, ut Arumaeus (d) et Carpzouius, (e) quod Mareschallus idem sit, qui mare falcus, i. e. maior in sala, s. aula, putant; alii (f) alia statuunt. (g)

## §. III.

(a) Caroli du Fresne Glossarium ad Scriptores mediae et infimae Latinitatis. Frf. 1681. in fol. sub Art. *Marsfalcus*.

(b) Henr. Günther Thulemarius in *Tractatu de Octou-*  
*raru* Frf. 1688. in 4. Cap. XVI. n. 4.

(c) B. Rbenan. Lib. II. rerum Germanicarum.

(d) Arumaeus de Comitiis Imperii C. VI. n. 42.

(e) Carpzou. in Comment. ad Leg. Reg. Cap. X. Sect. VI.  
n. 23. sq.

(f) Gilles Boileau es annotations servants a plus am-  
ple intelligence de la guerre d'Allemagne lit. M. Mar-  
schalk, dit il, vient de Mars, Dieu des batailles, et  
de Schalk, qui signifie fin, entendu, et rusé, qua-  
si pour dire fin et entendu aux affaires de Mars.  
On pourroit aussi dire, qu'il vient d'un ancien mot  
Mark, qui signifie contres, quasi cognoscant la con-  
treé; car il fut, qu'un Marechal de Camp soit bien  
entendu d'asseoir l'armée en lieu sûr et advantageux  
et scavoir, par quelles contrées les ennemis lui  
pourroient porter dommage; ou l'on peut encores  
dire qu'il vient de Marckt, qui signifie marché, bour-  
gade; car il convient, qu'il cognoisse les lieux & bour-  
gades, pour avoir commodité de vivres.

(g) Charron en l'*histoire universelle de toutes na-*  
*tions*

## §. III.

Priorem tamen sententiam Fresnii et Thulemarii omni iure amplector. Praeterquam enim, quod maior domus, ut vocem Mareschalli explicare Arumaeo placuit, a Mareschallo in legibus Salicis (a) contradistinguatur, haec etymologia cum origine Mareschallatus p[ro]e aliis optime conuenit.

## §. IV.

Officium autem hoc, ut alia eiusdem generis aulae officia originis Francicae esse, nemo facile dubitat. Quae enim de Graecorum et Romano-

A 2

rum

tions cap. 225. p. 898. d'autant, que Pausanias dir, que Marck signifioit un cheval en langve Gauloise, et non Allemande, je ne puis approuver l'etymologie Allemande de Marck et Schal, qu'ils interpretent cheval et serviteur ou officier, et croy, que le nom de Mareschal procede des Mots Gaulois, Marck et charge, pour signifier un homme, qui a charge sur les chevaux, ou gens de cheval, qu'on anroit depuis dit par abbreviation Marc char, et finalement Marechal, plus tost, que des mots de serviteurs, ou officiers d'un cheval, suivant la dicte pretendue etymologie Allemande, qui ne denoteroit autre chose, qu'un Palefrenier.

(a) *Io. Georg. Eccard leges Francorum Salicae et Ripuariorum Frif. et Lips. 1720. in fol. p. 31.* Si quis Maiorem, Infestorem, Scantionem, Mariscalcum, Stratorem, Fabrum ferrarium, Aurifidem, sive Carpenterium, Vinitorem, uel Porcarium, uel Ministerialem occiderit &c.

rum palatii officiis enarrantur, hoc applicare non iuuat. Nec ab antiquis Germanis haec arcessenda sunt, quum in libera Republica, qualem Tacitus (*a*) Germanorum illam afferit, ubi Germani Reges ex nobilitate; Duces ex uirtute sumunt; nec regibus infinita aut libera potestas est, eiusmodi officia locum non habeant. Sine ulla dubitatione itaque exinde consequitur, officium illud originem a Francis trahere, idque eo magis, quum in legibus Salicis (*b*) et apud alios Francicos Scriptores, modo sub uoce Comitis Stabuli, (*c*) modo Stabularii (*d*) commemoretur.

### §. V.

A Francis demum imperio ad Teutonicos Imperatores delato, et haec dignitas successit, ut ex Witi-

(*a*) *Corn. Taciti Germania Cap. VI.*

(*b*) *Eccard. l. c.*

(*c*) *Gregorius Turonensis Hist. Franc. Lib. V. Cap. XLVIII.*  
Tom. I. *Scriptorum Historiae Francorum Andreae du Cbefsne.* Parisi: 1636. fol. *inseritus p. 350. Hincmar. Ep. III. Cap. XVI. Tom. II. Script. Hist. Franc. Andr. du Cbefsne inseritus.*

(*d*) *Du Fresne Glossarium ad Scriptores mediae et insimae Latinitatis sub Art. Stabularius.*

Witichindo , (a) Ditmaro , (b) aliquique (c) apparet, ita tamen , ut inter Mareschallum Imperii et Mareschallum aulae Imperialis discrimen intercesserit, adeo , ut illa dignitas Mareschalli Imperii tantum Principibus et ratione Statuum Imperii deferetur. (d)

A 3

§. VI.

- (a) *Witichind Corbeiensis Annal. Meibom. Script. rer. Germ. Helmst. 1688. in fol. Tomo I. insertus p. 643. ubi de Ottonis I. coronatione ita edidisset: Lothariorum Dux Giselbertus, ad cuius potestatem locus ille pertinebat, omnia procurabat: Euerhardus mensae praeerat. Hermannus Franco pincernis Arnulfus equestri ordini et eligendis locandisque castris praeerat.*
- (b) *Ditmari Chronicon Lib. IV. Leibnit. Scriptor. rer. Brunsvic. Tom. I. contentum, p. 349. Celebrata proxima Paschalis solennitas in Quidlingeburg a rege, ubi quatuor ministabant Duces, Henricus ad mensam, Conradus ad cameram, Hecil ad cellariam, Bernhardus equis praefuit.*
- (c) *Chronicon Weingartenis Monachi de Guelfis Principibus Tomo I. Leibnit. Script. rer. Brunsvic. p. 787. Guelfi Duces domum suam Regio more ordinabant, ut ita quaeque officia in eis, id est, ministeria Dapiferi, Pincernae, Mareschali, Camerarii, Signiferi per Comites uel eis aequipollentes regerentur.*
- (d) *Joh. Petr. von Ludwig in der Erleuterung der goldenen Bulle Tomo II. p. 667. Nachdem aber die sieben Deutschen Staaten nach dem Ausgang der Carolinger wieder zu sich selber kommen, gleichwohl aber nachhero für gut befunden se.*

## §. VI.

Haec dignitas autem ambulatoria fuit, (a) et modo per Principes Saxones, modo per Bauaros administrata fuit, usque dum Ottonis III. tempore iure haereditario ad Familiam Saxoniam transiit (b).

## §. VII.

Sententiae huic quidem se opponit Illustris Dominus a Ludwig, (c) ideo, quod post tempora Ottonis III. in coronatione Philippi Rex Premislauis (d) ensēm prætulerit, cui Saxo certe non indulſiſſet, si iure haereditario officium Archi-Mareschali illi competiſſet. Verum enim uero, quam allegatum Arnoldum Lubecensem accuratius inspexerim, nil contrarium sententiae meae inueni. Verba Arnoldi Lubecensis ita ſe habent: Boiemo etiam maior dignitas accessit, ut, cum antea Ducatum teneret, titulo regio a Philippo sublimatus, ibi et ipſe procederet coronatus et gladii regii baiulus. Quis uero hinc

(a) Goldaſt. de regno Bohem. Lib. III. Cap. VIII. et ex eo Wagenſeil. in commentat. de S. R. I. ſummis Officilibus, eorundemque Sub. Officialibus Cap. XVIII. p. 270.

(b) Goldaſt. l. c.

(c) Jo. Peter von Ludwig in der Erleuterung der guldnen Bulle Tomo II. p. 659.

(d) Arnold. Lubecens. Chronic. Slav. Tomo II. Leibnit. Script. ver. Brunſuic. p. 711.

hinc inferet, Regem Premislaum officio Archi-Ma-  
reschalli functum esse? Nil amplius in his uerbis la-  
tere putarim, quam, Ducem Premislaum ad Regiam  
dignitatem fuisse euectum.

### §. VIII.

Alterum, quo illustris Dominus a Ludwig in-  
stat, argumentum a coronatione Lotharii II. est  
deductum, ubi nempe Rex Dacie gladium in si-  
gnum subiectionis ad decorum imperialis reueren-  
tiae sub corona detulit. (a) Ast enim uero dubium  
hoc facillime soluitur. Lotharius enim imperator  
ipse Dux Saxonie fuit, nec sibi ipsi ideo officium  
praestare potuit.

### §. IX.

Tertium, quo utitur iam memoratus illustris  
Dominus a Ludwig, argumentum a silentio Au-  
torum est deductum, (b) nempe neminem Auto-  
rum Archi-Officiorum ab Ottonis III. tempore ad  
Fridericum I. praestitorum mentionem facere.  
Praeterquam uero, quod a silentio Autorum ad  
non esse rei non ualeat argumentatio, nec Henri-  
corum temporibus turbulentis ordinem adeo ac-  
curate in praestandis officiis obseruari potuisse, per  
se patet.

### §. X.

(a) *Ottone. Frisingens. Chron. Lib. VII. Cap. XIX. fol. 80. edit. Argent. 1515. in fol.*

(b) *Zo. Peter von Ludwig in allegati libri Tomo allegato p. 657.*

## §. X.

Potius itaque cum Goldasto, (a) Spenero, (b) Hornio, (c) Schiltero, (d) aliisque dignitatem Archi-Mareschalli Otonis III. tempore, adeoque iam ante conditam Auream Bullam, haereditario iure ad Familiam Saxoniam delatam esse, arbitror, idque eo magis, quum iam memoratus illustris Dominus a Ludwig, dum varia exempla Electorum Saxoniae, qui ante conditam A. B. officio Archi-Mareschalli functi sunt, profert, (e) proprio gladio se iugulet.

## §. XI.

In A. B. haec dignitas familiae Saxonicae confirmatur, (f) et ex illa quoque apparer, iam ante illam conditam Saxonem hac dignitate gauisum esse. (g)

## §. XII.

(a) *Goldast. de regn. Bobem. Lib. III. cap. VIII.*

(b) *Iac. Car. Speneri iur. publ. Tomo II. p. u6. lit. b.*

(c) *Casp. Henr. Hornii iuris publ. prudent. p. 250.*

(d) *Io. Schilter. ad Codic. iur. feudal. Alemann. p. 225. edit. Argent. 1728. in fol.*

(e) *Io. Peter von Ludwig in der Erleuterung der güldenen Bulle Tomo II. p. 67.*

(f) *A. B. in Schmausii corpore iuris publ. Academ. Cap. XXVII. §. 2.*

(g) *A. B. Cap. IV. §. 5. Dux Saxoniae Mareschallatus officium exercebit, ut solitum est fieri ab antiquo.*

## §. XII.

Controuersiam quidem de hoc iure Wenceslaus Dux Brabantiae, Rudolpho II. et Wenceslao Metis et Aquisgrani mouit, (a) quae tamen a Sigismundo Imperatore composita, et haec dignitas Alberto III. Electori Saxoni singulari diplomate adjudicata est, (b) quo iure et domus Saxonica non interrupta serie est usia.

## §. XIII.

Haec de origine, incremento, et hodierno statu

(a) *Magnum Cbronicon Belgicum in Pistorii Scriptor. ver. Germ. iurante Burc. Gottbleff Struu. Ratisb. 1726. in fol. Tomo III. p. 355. Verba haec sunt: Nihilominus idem Imperator de sua plenitudine Imperialis potestatis, praefatum Wenzelaum sub se Regem Romanorum instituit et Aquisgrani coronari fecit; cuius coronationis tempore per maxima discordia sive dissensio inter illustrum Dominum Wenzelaum de Bohemia, Ducem Lucemburgensem, Lotharingiae, Brabantiae et Lymburgiae, fratrem dicti Domini Imperatoris ex una et illustrum Ducem Saxonie ex altera parte, utroque scilicet, Lucemburgensi occasione Ducatus Lotharingiae et Brabantiae, sed Saxonie Duce, ratione officii sacri Mareschallatus Imperii arrogante sibi ius deferendiensem regalem, sive imperiale, coram rege tam in sua coronatione, quam in aliis solennibus actibus, et res eo deuenit, ut uterque pro sui iuris conseruatione et manutentione ad arma se compararit.*

(b) *Lünigs teutsches Reichs-Archiu. Part. II. p. 5. sqq.*

tu officii Mareschalli Imperii dicta sufficientant. Inquirendum itaque nunc potissimum est, quale officium Mareschalli fuerit, et quale nunc sit. Hic antea moneo, me nullo modo sententiae eorum subscribere, qui Mareschalli officium solam tantummodo e quorum curam et iam Carolingorum tempore resper xisse statuant. (a)

#### §. XIV.

Antiquissimis quidem temporibus Mareschalus ille fuit, (b) qui super 12. caballos est. Hoc tamen nec tam exiguum munus fuisse, exinde apparet, quod adhuc alii huic subordinati fuerint. (c) Carolingorum uero tempore officium Mareschalli in sola regii stabuli cura constitisse, uel eo eliditur, quod ante tempora Carolingorum officium hoc adhuc potius fuerit sola regii stabuli cura, quum Gregorius Turonensis de Leudaste Comite Stabuli ita pronunciet: (d) Si in iudicio cum senioribus uel lai cis

(a) Jo. Peter von Eudewig in der Erläuterung der güldenen Bulle Tom. II. p. 667. lit. l. Des Marschalls Amt hat in den alten Zeiten fast in nicht, als der Aufficht über die Königlichen Pferde, und, daß selbige wohl beritten worden, bestanden.

(b) Leg. Alemann. Tit. LXXIX. leg. 4.

(c) Eccard. Leges Francorum Salicae et Ripuariorum. edit. Frf. et Lip. 1720. in fol. p. 31.

(d) Gregorius Turonens. Hist. Franc. Lib. V. Cap. XLVIII. in Andr. du Chesne Script. Hist. Franc. Tom. I.

cis uel clericis resedisset et uidisset hominem iustiam prosequentem, protinus agebatur in furias, ructabat conuicia in ciues: Presbyteros manicis iubebat extrahi, milites fustibus uerberari, tanta que utebatur crudelitate, ut uix referri possit; Et quum eundem Leudastem honoris gloriofi supercilie se iactasse referat (a). Si itaque comes Stabuli in iudicio cum senioribus, laicis, et clericis resedit, exinde necessario consequitur, officium Mareschali ultra curam solam regii stabuli se extendisse. Praeterea illustris Dominus a Ludwig se ipsum refellit allegatis Hincmari uerbis. (b) Si enim Hincmarus Comites Stabuli reliquis ministris palacii aequales sicut, certe Comitis Stabuli officium non adeo est extenuandum. Mirifice in hac sententia mea confirmor testimonio Pauli Aemilii Veronensis, (c) Scriptoris summa cum laude a Iusto Lipsio, (d) memorati. Hic habes uerba: Eundem (nempe maiorem, magistrumue domus,) Comitem Stabuli, uoce etiam a Iustiniano Caesare, ac nescio, an & ante usurpat, dicunt; Magistrum equirum appellamus. Equitatu nobilitas, gloriaque ac uires Francorum

B 2

con-

(a) *Id. l. c.*(b) *Joh. Peter von Ludewig, in der Erläuterung der gül- denen Bulle T. II. p. 667. lit. l. Hincmar. Ep. 3. Cap. 16. apud Andr. du Clesne Script. Hist. Franc. Tomo II.*(c) *Paulus Aemilius Veronensis de rebus gestis Franco- rum Paris. 1544. in fol. fol. 15.*(d) *Iust. Lipsii Operum Tomo IV. edit. Vesal. 1675. in suo mai. p. 217.*

constant. Ex quo luculenter apparet, officium Mareschalli non tam angustis circumscribi terminis, ut sola stabuli regii cura illi commissa fuerit.

### §. XV.

Nec splendor huius officii Carolingorum tempore euanuit. Ita enim apud Regionem: (a) Carolus Burchardum Comitem Stabuli sui, quem corrupte Constabulum appellamus, misit in Corsicam, ut eam a Mauris defendereret. Ex quo iterum elucescit, illustrem Dominum a Ludwig non accuratius hac de dignitate sensisse, si splendorem illius demum ad tempora Conradi Saxonis referat.

### §. XVI.

Officium uero Mareschalli iam a temporibus Caroli M. in eo constitisse arbitror, ut ensis in curia solenni Imperatori praeferretur. Ita enim Wagenseilius ex Turpino (b) in uita Caroli M. Cap. 20. refert, ante hunc Spatham nudam esse gestatam. Hic mos uero a Romanis uidetur esse defusus, ubi Praefectus Praetorio antiquis Caesariis gladium praeferre solebat, (c) ad quem mo-

(a) Reginonis *Chronicon ad annum 807. in Pistorii Script. rer. Germ. editore Struilio p. 54. Tomo I.*

(b) Io. Christoph. Wagenseil. in *commentat. d. S. R. I. Summis Officialibus et eorundem Sub-Officialibus Cap. VIII. ff.*

(c) Fabr. *Lib. I. Semeſtr. Cap. 3.*

rem sine dubio Fridericus Sapiens Elector Saxo allu-  
fit, quum se ipsum praefectum Praetorio loco Archi-  
Mareschalli appellat (*a*). Hunc ensem uero non so-  
lum Carolus M. sibi preferendum curauit, sed et im-  
perio ad Teutonicos Caesares translato hic mos obti-  
nuit. Ditmarus huius rei testis est, (*b*) Ottonem I.  
nempe Romae sibi ensem preferri iussisse. Ab his  
deum ad nostra tempora haec consuetudo inualuit,  
ut ex Scriptoribus liquet.

### §. XVII.

Hunc ensem uero non solum in signum sub-  
iectonis, (*c*) sed et iustitiae esse praelatum, autor  
est Gothfridus Viterbiensis, (*d*) ita, ut exinde in-  
ferri

B 3

(*a*) Mich. Henr. Gribnerus in *Select. opusc. iur. publ. Tom. III.* p. 71. ubi confirmatio statutorum Academiae Vitem-  
bergensis a memorato Electore sistitur. Titulus hic est:  
Dei gratia, Fridericus, Dux Saxoniae, Sacri imperii Prae-  
fectorus Praetorio, Elector, nec non Caesareae Ma-  
iestatis Locumtenens generalis, Landgrauius Dorin-  
giae Marchio Misniae.

(*b*) *Ditmarus in Leibnit. Scriptor. ver. Brunsvic. Tom. I.*  
p. 354.

(*c*) Otto Friesingens. *Chronic. Lib. VII. Cap. XIX. fol.*  
80. edit. Argent. 1515. in fol.

(*d*) *Gothfridus Viterbiensis Chronic. Part. XIX. in Pistor.*  
*Script. ver. Germ. editor. Struu. Tomo. II. p. 365.*

Indicti signum gladius monstrare uidetur,  
Quo malefactorum feritas cessare iubetur,  
Ut latro frustretur, rex tenet arma secus.

ferri possit. Imperatores, dum ensem a Mareschallo sibi praferendum curarunt, ad iurisdictionem respxisse, quae hoc symbolo illi in reliquos ministeriales concedatur, praesertim, quum et iure ciuili (a) per gladii potestatem merum imperium s. iurisdic<sup>tio</sup> cri-  
minalis intelligatur.

## §. XVIII.

Et hic in enarratione officiorum Mareschalli Imperii subsistam. Quae enim de parte officiorum Mareschalli, nempe de gladio praferendo monui, ideo dixi, ut viam ad institutum mihi munirem, de iurisdictione Mareschalli Imperii in Legatos Statuum omniumque Legatorum comites et familias uerba facturus. De omnibus enim officiis Archi-Mare-  
schalli

Praecipitur gladius vibratus semper haberi  
Puniat ut subito, potuit quod culpa mereri:

Nam si tardus erit, pax vacuata perit.  
Iura sibi soli Deus edere condere patrat,  
Ut gladio laqueoque suo mala pressa quiescant,  
Si mala non premeret, principis umbra forer.

Sic sibi regna Deus subiicit, sic iurgia legum

Quod ualet humano lucrari sanguine coelum

Munera grata Deo dat pereunte reo.

Ense quiescente compescere non ualet orbem  
Sanguinis humani torrente potest moderari,

Qui regnare uolet, sanguine iura colet

(a) l. 3. ff. d. iurisdic<sup>tio</sup>.

schallii partibus ut differerem, nec temporis, nec instituti foret. Qui itaque fusiorem officiorum horum notitiam sibi acquirere cupit, adeat Thulemarium de Octouiratu; Wagenseilium de summis S. R. I. Officialibus, eorundemque Sub-Officialibus; Conringium de Officialibus Imperii, Reinhardum de Officiis Imperii Saxoniciis, aliosque omnes, qui vel systemata, vel compendia iuris publici conscripserunt.

### §. XIX.

Jurisdictionem autem Mareschallo in reliquos aulae ministeriales vel tempore Francorum competuisse, exinde mihi persuadeo, quod allegatus Gregorius Turonensis, (a) Leudastis Comitis Stabuli, qui in iudicio cum senioribus, Clericis vel Laicis resederit, mentionem faciat, in qua sententia iterum confirmor testimonio iam supra laudati Pauli Aemilii Veronensis, (b) qui Comitem Stabuli maiorem magistrumne domus dictum nobis sif sit. De maioris domus uero potestate et jurisdictione in reliquos aulae ministeriales, quae iam satis inter omnes constat, non est, quod multa differam.

### §. XX.

Et, quum Francorum mores fere omnes, in dispo-

---

(a) *Gregorius Turonensis Hist. Franc. Lib. V. Cap. XLVIII.*  
in *Andr. du Chesne Script. Hist. Franc. Tomo I.*

(b) *Paulus Aemilius Veronensis de rebus gestis Francorum*  
fol. 15.

disponenda aula , cum imperio ad Teutonicos Imperatores transierint , nec dubium est , et hunc modum esse translatum , idque eo magis , quum exempla in Ottone IV. prostent , ubi Imperator Mareschallo iurisdictionem commisit . Ita enim Conradus a Lichtenaw : (a) Quumque uenisset Augustam , multique Principes et milites peruenissent ad curiam , preecepit Imperator Marescallo de Calatin et militibus suis , quatenus malefactores inuestigarent et sibi eos exhibeant in iudicio . Ipse quoque Geruasius Tilheriensis , Ottonis IV. in regno Arelatensi Mareschallus (b) eiusmodi potestatem sibi competere asserit , quum ita Imperatorem Ottonem IV. alloquatur : (c) Et quod ex officio Mareschalciae sub debito armorum ministerio exequi teneor , acutae linguae gladio ducam in ministerium .

### §. XXI.

Hic Mareschallus de Calatin , quem Conradus a Lichtenaw refert , est proauorum unus ex Papenheimiorum gente , quae olim de Calatin dicta est ,

(a) *Conradus a Lichtenaw , Abbas Vrspergensis ad annum 1209. Argent. 1609. in fol.*

(b) *Buddei allgemeines Historisches Lexicon Tomo II. sub Art. Geruasius Tilberiensis.*

(c) *Geruasius Tilberiensis in Otiis Imperialibus ad Ottomem IV. in Leibnit. Script. rer. Brunswic. Tom. I. p. 883.*

est. (a) Hic mirari forsitan quendam subibit, tum  
temporis Electorem Saxonem non fuisse Archi-Ma-  
reschallum, quum tamen iam ante Ottonis IV.  
tempora, Ottone III. nempe imperante, hanc digni-  
tatem iure haereditario ad familiam Saxoniam trans-  
fuisse statuerim. Sed omnia bene se habent. Equi-  
dem uerum est, Ottonis III. tempore iure haeredita-  
rio Archi-Mareschallatum ad familiam Saxoniam  
peruenisse, sub Francicis tamen et Suevi-  
cis Imperatoribus, quum Duces maiori exsplen-  
descerent autoritate, officia amplius Imperatori-  
bus praestare denegarunt, (b) ita, ut Imperato-  
res ad officia praestanda minores eligerent. Haec  
officia autem in eiusmodi personis non omnia fue-  
runt haereditaria, sed pro conditione Imperatorum,  
uel Francicorum, uel Suevicorum, ad diuersas fa-  
milias abierunt; (c) in familia tamen Pappenhei-  
miorum ad nostra usque tempora permanit hoc  
officium, ita, ut et adhuc hodie S. R. I. Vice-Ma-  
reschalli audiant, et senior familiae hoc munere  
funga-

9

(a) Matthaei a Pappenheim de origine et familia Dominorum de Calarin Tractatus; Phil. Jacob. Spener. Oper. Herald. Part. Spec. Lib. III. Cap. XXVIII. Nic. Ritterbusii genealogiae Imperatorum, Regum, Ducum, Comitum etc.

(b) Burc. Gottb. Struu. Syntagm. iur. publ. Cap. IX. §.  
35. p. 489.

**Jo(c) Id. c. l.** post annos ha. Iugis. Vnde. (O)

fungatur. Non multo tamen ante conditam A. B. et post hanc legem latam Saxones Electores ad Archi-Mareschalli munus redierunt, ita, ut Mareschalli ex gente Pappenheimiorum, tanquam Sub-Officiales Electoris Saxonis ab hoc dependeant, (a) et huius loco in Comitiis iurisdictionem memoratam exerceant.

§. XXII.

Quemadmodum autem haec iurisdiction in Comitiis iam anno 1209. teste Conrado a Lichtenaw (b) obtinuit, ita et A. B. firmata fuit. Verba enim

(a) A. B. Cap. XXVII. ubi Comes Pappenheimius dicitur Ducus Saxonie Vice-Marescallus; Cap. XXIX. §. 1. Cum ergo ipsi Principes Electores cunctis Imperialis curiae praesint officiis, suos etiam habentes in officiis huiusmodi substitutos. Jo. Peter von Ludwig in der Erleiterung der güldenen Bulle Tomo II. p. 804. ubi ex Hundii Bäyrischen Stamm-Bauins Part. II. p. 172. sq. transactionem coram Augusto Electore Saxonie inter gentem Pappenheimiorum initam profert: Wir Augustus, Herzog zu Sachsen, des Heil. Röm. Reichs Erz-Marschall und Churfürst re. thun kund, nachdem zwischen dem Edlen, unsern lieben Getreuen, des H. Röm. Reichs Erb-Marschall zu Pap- penheim re. Aliud exemplum in confirmatione trans- actionis inter Vice-Marescallum et ciuitates Imperii initae habetur in Schmausii corpore iur. publ. Academ. p. 829.

(b) Abbas Vipsbergens. ad annum 1209. Argent. 1609. in fol.

A. B. (a) Dux Saxoniae Mareschallatus officium exercebit, ut solitum est fieri ab antiquo, satis superque declarant, A. B. hanc iurisdictionem Archi-Mareschallo ut olim obtinuit, ita et imposterum concessisse.

### §. XXIII.

Nec' discrimin hic attenditur inter iurisdictionem ciuilem atque criminalem, illamque voluntariam et contentiosam; sed utraque Vice-Mareschallo in Legatos Statuum, omniumque Legatorum familias in Comitiis competit, quum lege non distingue, sed potius utramque concedente; (b) nec nos distinguen-  
dum esse putemus.

### C 2

### §. XXIV.

(a) A. B. Cap. IV. §. 5.

(b) Transact d. anno. 1614. Aug. Vindel. inter Vice-Mareschallum et ciuitatis Imperii inita. §. 3. Quum hic sus basis concessae in Legatos Statuum omniumque legatorum familias in Comitiis Vice-Mareschallo iurisdictionis sit, eundem hic libertatum in severe: Was zum dritten die bisphero zwischen obgemeldten Partheyen bestrittene iurisdictionalia in ciuibus, über der Reichs-Stände oder Dero Gesandten, wie auch der fremden und ausser Reichs gesessenen Potentaten, oder ihrer Bot-schafften Diener und Gesinde, sie hätten gleich unter und wider einander selbst, oder andere, so der Stadt iurisdiction unterworfen, wider sie zu klagen, ganz und allein haben und behalten, iedoch einige Streitigkeiten, welche von der Tax-Ordnung herkommen, ausgeschieden, derenwegen der Erbarn Frey- und Reichs-

## §. XXIV.

Quatenus enim respicimus ad iurisdictionem ciuilem, Vice - Mareschallo in Statuum Imperii Le. gatos,

Reichs - Städte Verordnete zu Erkantniß und Entschuldigung, alten Herkommen nach, nicht nieder gesetzt werden sollen. Was aber Criminalem iurisdictionem belangen thut, ist es folgender massen mit solcher zu halten, daß der Reichs - Erb - Marschall dieselbe über die Stände, oder deren Gesandten, wie auch der fremden Botschafften Diener und Gesind, doch mit folgender massen haben, und zu exerciren berechtiget seyn solle, wenn nehmlich ein Delictum allein zwischen gedachter Ständ oder Botschafften Gesind sich begeben, dasselbe von dem Reichs - Erb - Marschalln allein abgestraft, auch zu Execution der Leib - oder Lebens - Straffen derselben Stadt - Diener, da die Reichs - Versammlung ist, auf seine Reichs - Erb - Marschalln Kosten gebraucht; da sich aber ein Fall zwischen ermeldeten der Ständ - Gesandten, oder Botschafften Gesind, und einem Bürger derselben Stadt, oder einem sich daselbst befindenden Fremden, und viel oft gedachten Reichs - Stände Gesandten und Botschafften nicht angewandten zutrüge und wider der Reichs - Stände oder Dero Gesandten, wie auch fremder Botschafften Gesind dero halben zu klagen, auch die Bürger oder bemeldte Fremde, als principale Urheber oder Anfänger bey der Sache nicht interessirret seyn, der Reichs - Erb - Marschall ermeldter Stände - Gesandten und Botschaffter Gesind allein abzustraffen haben; woferne nächst erwehnte Bürger und Fremde aber mit der Sache als principales verhaft, alsdenn folgender Unterschied gehal-

gatos, omniumque Legatorum familias competentem, ex hpho tertio transactionis inter Vice-Matreschal-

C 3

gehalten werden, als nehmlich denn zunahmen, wenn eines Reichs-Stands Gesandten oder Botschaffen oib. Gesind mit einer Geld-Busse abzustraffen, solche gedachten Reichs-Erb-Marschalln zu berechtigen, und zu bußen alleine gebühren, wenn aber solcher Delinquent mit der Relegation oder einer corporis poena afflictiva anzusehen, wie auch sonst, wenn der Reus der Stadt-Obrigkeit unterworffen, derselbe, und dessen Abstraffung der Stadt zustehen, und zwar dis in notorischen Fällen vereinträgig und also gehalten werden solle. Wenn es aber, ob der Fall civil oder criminal, auch mit was Straffen der Verbrecher zu belegen sey, noch zweiflig; und der Misfthäufig von der Reichs-Stände Gesandten oder Botschaffen Gesind ist, soll alsdenn der Reichs-Erb-Marschall die cognitionem deshalb alleine haben, iedoch forderist hierinnen, nach denen iedes Orts, da die Reichs-Versammlung ist, staueten und Gewohnheiten, oder in deren Ermanglung den gemeinen beschriebenen Kaiserlichen Rechten erkennen und verhandeln; unterdessen aber und bis solche cognition erfolget, der Verbrecher unverlängt in des Reichs-Erb-Marschallen Verhaftung gelieffert und aufz gehalten werden. Die Captur oder Befahung der Verbrecher aber in allen und ieden Criminal-Fällen ohne Unterschied der Personen entzwischen dem Reichs-Erb-Marschallen und derselben Stadt gemein seyn, und die praeueation doch also statt haben, daß, wenn einer in flagranti criminis von eines theils hierzu verordneten Dienern ergriffen

reschallum et ciuitates Imperii Augustae Vindelicorum anno 1614. initae eodemque in Sypho praecedenti(a) Dissertationis nostrae allegato satis superque elucescit, illam Vice-Mareschallo competere, siue inter Legatos Statuum Imperii omniumque Legatorum familias inuicem lis oriatur, siue contra illos ab alio quocunque agatur, exceptis quibusdam controvrsijs ordinationem taxae spectantibus.

### §. XXV.

Quia iurisdictionem criminalem nec ullum post allegatum Syphum tertium memoratae transactonis superest dubium, sed expresse illa Vice-Mareschallo

---

griffen und beygefangen, derselbe alsbald demienigen Theil, dem er zu berechtigen und abzustraffen notore gebuert, geliefert werde; Wenn aber obgemeldter der Reichs-Stände Gesandten oder Botschafften Gesind einer gefänglich angenommen worden, und es den Umständen der Sachen nach zweifelhaftig, ob die Mißhandlung civil oder criminal, und, ob sie auch eine pecuniariam oder corporis afflictivam poemam auf sich habe, derselbe, wie nächst obgemeldt, dem Reichs-Erb-Marschalln geliefert, von ihm die obgesetzte Erkäntniss förderlich gethan, und alsdenn ferner, wie oblaut versfahren werden solle ic. *Transactio haec habetur in Schmausū corpore iur. publ. Academ. et Limnaei Tomo V. iur. publ. Addit. ad Lib. III. Cap. VII. n. 73.*

(a) Verb. Was zum dritten die bishero inzwischen obgemeldten Partheyen ic. usque ad verba incl. nicht niedergesetzt werden sollen.

schallo in Legatos Statuum Imperii omniumque Legatorum officiales in comitiis est concessa, ita tamen, ut, si solum inter iam dictos Statuum Legatos eorumque officiales delictum sit commissum, coercitio illius Vice-Mareschallo soli competit, et ad exequendam poenam, magistratus loci, ubi Comitia habentur, ministros curet, (a) si uero inter Legatorum officiales et ciuem, seu peregrinum, delictum sit commissum, hoc discrimen sit attendendum, ut, si ciuius seu peregrinus non sit autor delicti, Vice-Mareschallo soli ius puniendi relinquatur; peregrino uero, seu ciue autore delicti punitio magistratui loci competit, ita tamen, ut et is, qui alias iurisdictioni Vice-Mareschalli subest, magistratui loci tradatur, nisi sit pecuniaria tantum poena multcandus. (b)

### §. XXVI.

De causis uero dubiis, de quibus, an ad ciuiles, an ad criminales referri possint, adhuc sub iudice lis est, ita disponitur, ut, si delinquens iurisdictioni Vice-Mareschalli subsit, Vice-Mareschallus cognitionem cause secundum statuta loci, ubi Comi-

(a) Vid. §. 23. Differ. nostr. lit. a uerb. Was aber Criminalem iurisdictionem belangen thut ic. usque ad uerba: auf seine Reichs-Erb-Marschalln Kosten gebraucht.

(b) Verb. da sich aber ein Fall zwischen ermeldten ic. usque ad uerb. vereinträgig und also gehalten werden solle.

Comitia habentur, aut, his deficientibus secundum iura Imperii communia instituat, et delinquens interea in custodia Vice - Mareschallo competente detineatur. (a) Qua deprehensionem uero delinquentis cuiuscumque, illa inter Vice - Mareschallum et magistratum loci est communis, ita tamen, ut praeventioni locus detur, et delinquens illi parti, cuius iurisdictioni regulariter adscribitur, extradatur. (b).

### §. XXVII.

Ante hanc transactionem inter Vice - Mareschallum et ciuitates Imperii initam saepius quidem Vice - Mareschallo de iurisdictione in Legatos Statuum omniumque Legatorum officiales lis mota, in fauorem tamen et Vice - Mareschalli composita est. Ita ex scripto Sixti Sommeri de officio S. R. I. Vice - Mareschalli constat, anno 1532. inter Aulae Imperialis Mareschalli Locum tenentem, Casparum Rhöniglein, et Georgium Wolffium, Comitem a Pappenheim item hac de re ortam, in fauorem

(a) Verb. Wenn es aber, ob der Fall civil oder criminal, auch mit was Straffe der Verbrecher zu belegen sey, noch zweiflig ic. usque ad verba in des Reichs-Erb-Marschalls Verhaftung geliefert und aufgehalten werden.

(b) Verb. die Captur oder Beyfahung der Verbrecher aber ic. usque ad finem.

rem tamen etiam Vice-Mareschalli a Carolo V. anno  
1541. esse pronunciatum. (a)

## §. XXVIII.

Neque tamen res hic substitut, sed noua inter  
Vice-Mareschallum et Magistratum ciuitatis Augu-  
D stanae

(a) *Carpzou, in Comment. ad Leg. Reg. Cap. X. Sect. VI.  
n. 25. Limn. iur. publ. Tomo. V. Addit. ad Lib. III.  
Cap. VII. n. 73. ubi habetur Sixti Sommeri scriptum de  
officio Vice-Mareschalli, et inter alia haec extant uerba:*  
Zum andern ist in allen rumors Sachen und streiti-  
gen Handlungen, die sich zwischen Röm. Käyserl.  
oder Königl. Maj. Hoff-Gefind, und dann gemei-  
ner der Thurfürsten, Fürsten, und Stände des Reichs  
und derselben Diener, wo sich in Röm. und des  
Reichs Feld-Zügen, dergleichen auf den Käyserl.  
oder Königl. Hoff- und Reichs-Zägen begeben, der  
Erb-Marschall, samt Ithro Maj. Hoff-Marschall  
allezeit Richter gewesen, und die straffbaren mit ein-  
ander etwa zugleich gestrafft, etwa ieder seine zuge-  
hörigen. Aber auf dem Reichs-Zag zu Regen-  
spurg anno. 1532. gehalsten, hat sich zwischen Caspar  
Rhönlein, als Hoff-Marschall-Amts-Berwal-  
tern, und dann George Wolff und andern Erb-Mar-  
schall zu Pappenheim eine grosse Irrung zugetragen,  
derwegen aber anno 1541. ist von Käyserl. Maj we-  
gen alle streitige Sachen zu entscheiden der von Eyer,  
von der Reichs-Stände wegen der Erb-Marschall,  
oder wen er von seinem wegen dahin verordnet, als  
Unter-Marschall, und von gemeiner Stadt Regen-  
spurg der Anmann verordnet worden, und denn M.  
von

stanae hac de causa in comitiis Augustae Vindelicorum anno. 1582. habitis lis fuit exorta, (a) cuius tollendae gratia Imperator Rudolphus. II. decreatum quidem, ut loquuntur, prouisionale, in favorem Vice - Mareschalli tulit (b), a quo uero ciuitates

von Reinach zu einem gemeinen Rumor - Meister. Doch musste er der Reichs - Stände Verbrechere Wolfen als Erb - Mareschall, die Bürger dem Stadt - Ammann ausantworten, und allein das Käyserl. Hoff - Gesind für sich selbst straffen, was aber sich rumor und andere streitige Sachen zwischen Gemeine Stände des Reichs zugetragen, darinne ist der Erb - Mareschall allewege Richter gewesen, und ihm allein die Strafe gebühret.

(a) *Transact. d. anno 1582. inter Vice - Mareschallum et ciuitates Imperii inita, quae habetur in Schmausii corpor. iur. publ. Academ.; Limnacii iure publico Tomo. V.*  
*Addit. ad Lib. III. Cap. VII. n. 73. p. 193. ubi haec in principio memoratae transactionis habentur uerba:*  
*Dieselbe (Irrung) auch in dem 1582. allhier zu Augsburg gehaltenen Reichs - Tag zwischen weyland dem Wohlgebohrnen Herrn, Herrn Conraten zu Papenheim, des H. Rdm. Reichs Erb - Mareschall usw.*  
*und der Edlen Wohlgebohrnen, Ehrenwest, Fürstlichen und weisen Herrn Stadt - Pflegern, Burgermeistern und Rath allhiesiger Stadt, auch anderer interessirenden Frey - und Reichs - Städten sich ereignet und so starck ausgebrochen, daß die damahls usw.*

(b) *Limn. iur. publ. Tomo IV. Addit. ad Lib. IX. Cap. I.*  
*n. 85. ubi uerba decreei Caesaris anno 1582. in Comitiis Augustanis d. 17. Sept. et appellationis ciuitatum contra inter-*

tes Imperii, ad Imperatorem, Statusque Imperii, excepto Electore Saxone, appellarunt, (a) idque effece-  
runt, ut Imperator hanc causam Ducibus, Wilhelmo  
Bauaro, et Ludouico Würtenbergico inquirendam tra-  
deret. (b)

## §. XXIX.

Tota denique controuersia anno 1614. trans-  
actione inter S. R. I. Vice-Mareschallum et ciuita-  
tes

D 2

*interpositae babentur : Endlichen die iurisdiction über die Fremden, wie auch Garküchen belangend, sintemahl dieselbe insgemein der Käyserl. Maj. alleine, und, wenn sie solche befehlen, gebührt, und es hergegen eines fremden Ansehens seyn wolte, da ein Rath und Bürgerschafft bey dergleichen Reichs und andern Versammlungen in Thro Käyserl. Maj. An- oder Abwesenheit sich der jurisdiction über die Fremde zureisende, sonderlich aber ankommende ausländische Postschaffen, Herrn und Adels-Personen, wenn sie gleich nicht zum Reichs-Tag erfodert seyn, anmassen solte, so ordnen Thro Maj. ic.*

(a) *Limnaeus l. c.*

(b) *Transact. d. anno 1614. uerb. pr. und hiernach Thro Käyserl. Maj. den 24. Octobr. 1583. eine Commission an die Durchleuchtigste, Durchleuchtige, und Hochgebührne Fürsten und Herren, Herren Wilhelmen, Pfalz-Grafen bey Rhein, Herzogen in Ober- und Nieder-Bäyern ic. auch Herrn Ludwigen, Herzogen zu Würtenberg und Eick, Grafen zu Mümpelgard ic. des Innhalts ausgehen lassen, daß Thro F. F. Durchl. und Gnaden n.*

tes Imperii inita (*a*) est sublata. Haec transactio  
est basis omnis iurisdictionis Vice - Mareschallo in  
Legatos Statuum , omniumque Legatorum comi-  
tes , officiales et familias concessae ; nec tamen de-  
sunt alia , quibus postea etiam haec iurisdictione fir-  
mata fuit. Ne tamen Dissertationis limites trans-  
grediar , L. B. ad Lünigium in seinem teutsch  
Reichs - Archiv , Londorpii Acta publica , aliasque ,  
qui uel constitutiones (Reichs - Sazungen,) uel A-  
cta Imperii (Reichs - Handlungen) collegerunt , re-  
mitto.

### §. XXX.

Vt ut vero constitutiones Imperii ad hanc iu-  
risdictionem stabiendum sufficient , nec tamen a-  
ctus possessorii desunt , quibus Vice - Mareschallus  
hanc iurisdictionem et ciuilem et criminalem obti-  
nuit , et quos Anton. Faber in der Staats - Cangley  
recenset. (*b*)

### §. XXXI.

Nihilominus de nouo Vice - Mareschallo ,  
quum anno 1724. d. 8. Sept. Eua Ellingeria , Scri-  
bae Legationis Saxo - Gothanae ancilla , ob infantici-  
cidium eius nomine ultimo supplicio affecta fuisset ,  
controversia est mota , et Collegium Princi-  
pum

(*a*) §. 23. *Dissertat. nostr. lit. a.*

(*b*) *Anton. Faber in der Staats - Cangley Tomo. LIV.*  
*p. 656. sq. p. 694. sq.*

pum tam d. 1. Iun. 1725. quam d. 6. Maii 1729. contra hoc factum solennem protestationem et declarationem interposuit. (a)

### §. XXXII.

Oppugnata est Vice - Mareschallo iurisdictio ideo praecipue, quod haec transactio, tanquam res inter alios, nempe Vice - Mareschallum et ciuitates Imperii acta, nullo modo iurisdictioni in Principe Imperii Legatos omniumque Legatorum comites et familias in comitiis titulum praebat. Verum enim uero quum non solum duo Principes Imperii, nempe Wilhelmus, Dux Bauarus, et Ludouicus, Dux Würtenbergicus tanquam Causae Commissarii per Legatos suos nomina sua subscripserint, sed etiam Imperatorem confirmandae huius transactionis gratia ipsi precibus adierint, (b) haec transactio non , tanquam res inter alios acta considerari potest , praesertim , quum posteriori fa-

D 3 cto

(a) Anton. Fabri Staats - Cangley Tom. LIV. p. 707.

(b) Schmaußi corpus iur. publ. Academ. ubi in transactione de anno. 1614. inter Vice Mareschallum et ciuitates Imperii inita in fine haec babentur uerba: Und uns darauff viel genandte Parthenen neben obbesagter unserer Käyserl. Commissarien Liebden Liebden gebührlich angeseucht und gebeten, daß wir jetzt erzählten Vergleich unsers tragenden Käyserl. Amts und des selben Macht und Vollkommenheit halben zu confirmiren, und zu bestätigen in Gnaden geruhen wolten &c.

cto duo Principes, Bauarus et Würtenbergicus, et reliqui Status silentio suo iurisdictionem Vice-Mareschalli tacite agnouerint.

### §. XXXIII.

Dubio hoc sublato, iurisdictionem Vice-Mareschalli in Legatos Statuum eorumque familias priuilegiis Legatorum ex iure gentium repugnare existimant. Nec desunt inter Doctores, qui huic sententiae fauent, et, ut Grotius, (a) Zieglerus, (b)

(a) *Hug. Groz. de iur. bell. et pac. Lib. II. Cap. XVII.*  
§. 4. p. 297. *putat*, legatos neutiquam iurisdictioni illius, ad quem missi sunt, subesse, ex ea ratione, quia censer, placuisse gentibus, ut mos communis, qui quemuis in alieno territorio existentem eius loci territorio subiicit, exceptionem pateretur in legatis, ut qui, sicut fictione quadam habentur pro personis mittentium, ita etiam fictione simili constituerentur quasi extra territorium.

(b) *Ziegler in not. ad b. l. ad uerb. Quare omnino ira censeo.* Ego ita censeo delicta leuiora dissimulanda esse. Propter atrociora, quae principaliter in priuatorum uergunt iniurias ac damna, remittendum esse Legatum ad eum, qui misit, cum elogio et postulato, ut uel puniatur, uel dedatur; propterea uero, quae directo statum aut dignitatem imperantibus laedunt, non puniri tantum posse Legatum, sed etiam occidi ab ipso illo Principe, ad quem missus est. (\* *ad verb. quasi extra territorium*) Id certum est, Principem in alterius territorio consistentem suam adhuc

a Felden, (a) Huberus (b) Legatos a iurisdictione illius, ad quem missi sunt, eximere student.

### §. XXXIV.

Sententia autem Grotii eo magis vacillat, quo imbecilliori nititur fundamento, nempe simili a fictione personae, quam repraesentat Legatus, de- ducto.

---

adhuc retinere maiestatem, nec propter discessum ex prouincia sua alterius fieri subditum. Idem dicendum de eius Legato. At, quando Princeps ille hostilia molitur in alterius territorio et populum in conspirationes ac seditiones concitat, dubium apud me nullum est, et capi eum posse et occidi, non quidem ut subditum, sed ut hostem. Nec aliud dicendum hic erit de eius Legato.

(a) *Io. a Felden in annotatis ad b. l.* Haec, quae Autor tradit, non ex praesumto placito gentium recte col ligi uidentur, sed ex hypothesi naturaliter consequi. Cum enim ipsae gentes aut Reges, qui iisdem praesunt, colloqui commode non possint propter intercedentes inimicitias, necesse est, mandatarios constitui, qui eosdem repraesentent. Vnde constat, si Legati quid deliquerint, puniri eos non posse, quia eorum personae accidit repraesentare aliquem, in quo ius puniendi nullum habemus. Nec fictione aliqua hic opus est, quum ex mandati natura hoc manifestum sit. Quare recte Autor tradit, remittendum esse Legatum ei, qui misit, ut is aut puniat eum, aut no niae dedat.

(b) *Vlr. Huber. de ciuitat. Lib. III. Sect. IV. Cap. II. de Legatis.*

ducto. Quum uero Grotius de iure gentium loquatur, placuisse nempe gentibus, ut mos communis, in alieno scilicet territorio existentem, eius loci territorio subiectum esse, hic pateretur exceptionem, necesse est, ut aut ius gentium necessarium s. primarium, aut ius gentium voluntarium, s. secundarium subintelligat. Ex iure gentium primario, quod nil aliud est, quam ipsum ius diuinum naturale, nulla mihi exceptio de Legatis constat, ergo ex iure gentium voluntario est deducenda. Vbi uero eiusmodi pactum, Legatos nempe eius loci territorio, ubi agunt, non esse subiectos, inter gentes extat? Tacitum certe pactum non adest, usque dum probetur, inter omnes gentes hunc morem esse receptum. Qua conclusionem uero a fictione personae, quam re praesentat Legatus, ad fictionem alius territorii, quam illius, ubi Legatus commoratur, nullum inuenio medium concludendi, et ita error argumenti Grotiani per se patet.

## §. XXXV.

Zieglerus partim potius statuit ea, quae sunt quandoque moris, quam quae sunt iuris. Quae enim de Principe in alterius territorio consistente differit, quod retineat adhuc suam maiestatem, cum grano salis sunt accipienda. Retinet quidem splendorem, et dignitatem Principis, nihilominus tamen ius naturae nullam in Principe, si in alterius territorium se recipiat, ratione legum alieni territorii ciuili-

civilium subministrat exceptionem, sed potius, sicut Princeps in territorio suo legibus ciuilibus est solutus, ira e contrario legibus ciuilibus alieni territorii, si illic se recipiat, obligatur. Et, quod in Principe, id et in Legato, tanquam Principis mandatario, locum habet.

## §. XXXVI.

Io. a Felden recte quidem agit, quum a Grossii sententia ratione praesumti gentium placiti recedat, errat tamen in eo, quum statuat, Legatum ideo puniri non posse, si delinquit, quia eius personae accidat repraesentare aliquem, in quo ius puniendo nullum habemus. Verum enim uero, Legatus si delinquit, aut delinquit iussu Principis mittentis, aut proprio motu. Si iussu Principis delinquit, nihilominus erit puniendus, quia Principi non convenit, alterius Principis legibus delictis derogare, et sceleribus uiam aperire. Si delinquit proprio motu, eo tempore, quo delinquit, non repraesentat personam Principis mittentis, dum fines mandati excedit. Si uero hos excedat, non consideratur ut Legatus, sed, ut priuatus quicunque, qui ob delictum commissum poena afficiatur.

## §. XXXVL

Vlr. Huberus ipse fatetur, non iuris, sed  
E potius

potius utilitatis esse, legatos iurisdictioni illius, ad quem missi sunt, non subesse (*a*). In eo tamen trahite recedit, quod tam ad tacitum inter gentes consensum prouocet, quam hunc consensum ex utilitatis reputacione prouenisse existimet. Prius iam antea est elisum. Qua posterius uero, tantum abest, ut ulla ex impunitate Legatorum oriatur utilitas, ut potius, quum impunitate via sceleribus et criminibus aperiatur, Reipublicae summa exinde damna pariantur.

### §. XXXVIII.

Potius statuimus, Legatos omnino iurisdictioni illius, ad quem missi sunt, subesse. Et hoc a iure naturali est repetendum. Ius gentium enim voluntarium, s. secundarium, nec legatos tuebitur, quum hoc dependeat ab arbitrio gentium, s. Principum, qui illis praesunt, adeoque illi exinde

(*a*) *Vlr. Huber. de ciuitat. Lib. III. Secr. IV. Cap. II. de Legatis §. 25.* Dialecticae rationes, inquit, imo aequiter boni rationes non liberant legatos, multo minus eorum comites ab omni iurisdictione locorum, in quibus agunt. Sed utilitatis reputatio et metus consequentium ex ulla in Legatos animaduersione tacitum inter gentes pactum de uniuersitate illorum exemptione produxisse uidetur.

inde non obligentur, quum superiorem non nisi Deum habeant. Iure Naturae itaque hanc sententiam meam firmatum eo. Id quidem bene se habet, Legatos sanctos esse tempore belli, adeo, ut nil hostile contra illos intentari debeat, quum alio modo pax haberi nequeat, bellum autem hoc modo, si legati pacis tractandae causa missi ab hostilibus armis non tuiti essent, non bellum, sed latrocinium potius nominandum foret. Tempore pacis uero, quum aliorum negotiorum causa Legati ad Principes s. Comitia mittantur, non aliter considerantur, quam ut alii priuati, quibus, ut Florentinus (*a*) ait, ob cognitionem quandam, quam natura inter nos constituit, nefas est insidiari. Vti enim iam ante dictum, (*b*) quum Princeps ipse priuatus reputetur in alieno territorio, ubi agit, ratione summae potestatis territorio cohaerentis obstringatur, Legatus eo magis, qui personam Principis repraesentat, obligatur, praecipue quum legatus delinquens extra partes mandati uerisetur, ideoque ipse suam non uideatur mutare conditio-

### §. XXXIX.

Quae iam diximus de iurisdictione illius,  
E 2 ad

(*a*) l. 3. ff d. iust. et iur.

(*b*) f. 35. *Dissertat. nostr.*

ad quem missi sunt Legati, in illos, eo magis ad iurisdictionem S. R. I. Vice-Mareschalli in Legatos Statuum omniumque Legatorum comites et familiias in Comitiis Imperii applicare iuuat, quum ius gentium voluntarium, tot constitutionibus in fauorem Vice-Mareschalli latet, eo minus obtrineat. Satis itaque demonstratum fuisse arbitror, nec iuri naturae iurisdictionem Vice-Mareschalli memoratam repugnare.

### §. XL.

Supereft adhuc quaestio, an Vice-Mareschallo absente iurisdictionem hanc Legatus Saxonius, an uero Aulae Imperialis Mareschallus iure exerceat? Et pro Legato Saxonico pronunciandum esse duco. Iam monitum est, Vice-Mareschallo hanc iurisdictionem solum ex concessione Archi-Mareschalli competere. Quod si igitur is absens sit, cui mandata est iurisdictio, mandato exspirante redit omnino haec potestas iuris dicundi in Legatos eorumque familias in Comitiis ad Archi-Mareschallum, eoque in Comitiis non praesente, ad illius, qui personam eius repreäsentat, Legatum; hunc autem Vice-Mareschallo absente illius munere functum esse, docet Lüningius (a).

### §. XLI.

(a) Lüning's teutsches Reichs-Archiv. Part. General. Tom.

## §. XL.

Nec obstat, A. B. (a) aut Capitulationes, Leopoldinam, Iosephinam, et Carolinam (b) huic meae sententiae repugnare uideri. Qua A. B. enim, haec actibus contrariis quoad hunc passum est mutata (c). Qua Capitulationes uero, in illis non disponitur, absentibus S. R. I. Sub-Officialibus, Officiales Aulae Imperialis illorum uices sustinere debere, sed

*Tom. II. p. 18. a. Bericht von dem Reichs-Tag zu Regensburg anno 1696. gehalten. Reinhard. de Officiis Imperii Saxonice Sect. II. §. 13.*

(a) *A. B. Cap. XXVII. s. 6.* Si uero ipsi, uel eorum reliqui, a praefata Curia se duixerint absentandos, ex tunc Imperialis, uel Regalis curiae cottidiani ministri uice absentium, puta, quilibet in loco eius absens, cui in vocabulo, s. officio communicat, sicut geret officium, sic tollat in praemissa et fructum.

(b) *Leopold. Capitul. Art. 46. Ioseph. Capitul. Art. 45. Caroli VI. Capitul. Art.* oder da ie wegen Abwesenheit ihre Stellen mit berüherten unsern Hoff-, Aemtern ieweilen ersetzt werden sollen, wollen wir doch, daß ihnen den Churf. Amts-Verwesern und Erb-Aemtern einen Weg als den andern die von solchen Berrichtungen fallenden Nutzbarkeiten weniger nicht, als ob sie di-weise selbst verzichtet, und bedienet, ohnweigerlich folget und gelassen, und nicht (Leopold. et Ioseph wie biß anhero beschehen) von den Hoff-Aemtern entzogen werden.

(c) *Lünpig. l. c.*

sed tantummodo disponitur, Officiales Aulae Imperiales, quod si quando contigerit, illos Sub-Officiarium uices gerere, fructus officiorum S. R. I. Sub-Oficiariis debere.


§. XLII.

Hic habes, L. B., quae differere apud animum meum constitui. Vberius quidem materia dediti potuisset, limites tamen Dissertationis excedere nolui, sed primas tantum lineas duxi, quas ut aequi bonique consulas, abs te etiam atque etiam contendeo.



X 2374444

M.C.



DISSESSATIO EX IVRE PUBLICO  
DE  
**IVRISDICTIONE**  
IN  
**LEGATOS STATVVM**  
EORVMQVE  
**COMITES SAC· ROM· IMPERII**  
**ARCHI-MARESCHALLO ET**  
**HINC VICE-MARESCHALLO IN**  
**COMITIIS COMPETENTE**

---

PRAESIDE  
**IO· GODOFR· KRAVSIO**  
ICTO

INSTIT· IMPERIAL· P· P· CVRIAEC PROVINCIALIS  
SCABINATVS ET FACVLTATIS IVRIDICAE VITEM-  
BERGENSIS, IVDICI ITEM PROVINCIALIS  
INFER· LVSAT· ASSESSORE  
IN ACADEMIAE VITEMBERGENSIS  
AVDITORIO IVRIDICO

PVBLINE DEFENSA  
AB AVCTORE

**IO· GOTTHELFF FLEISCHERO**  
DRESDA· MISNICO I. V. CVLT

---

VITEMBERGAE, MDCCXLVI

PRELO EPHRAIM GOTTLÖB EICHSFELDI  
ACADEMIAE A TYPIS

